



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

21. de lapsu primi parentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

nis inditæ, qua poterat inter bonum & malum discernere, præceptum addidit obedientiæ: per cuius obseruantiam datum non perderet, & promissum obtineret, vt per meritum veniret ad præmium.

DE LAPSV PRIMI
Hominis.

DISTINCT. Vigesima primæ
CAP. Primum.

Demon prius Euam tentauit solitariam.

Videns igitur Diabolus hominem per obedientiæ humilitatem posse ascendere, vnde ipse per superbiam corruerat, inuidit ei. & quoniã prius per superbiam Diabolus fuerat, id est deorsum lapsus, & zelo inuidiæ factus est Sathan, id est aduersarius. Vnde & mulierem tentauit, in qua minus quàm in viro, rationem vigere nouit. Eius enim malitia ad tentandam virtutem timida, humanam naturam in ea parte vbi debilior videbatur, aggressa est: vt si fortè illic aliquatenus præualeret, postmodum fiducialius ad alteram quæ robustior fuit, pulsandam, vel potius subuertendam, accederet. Primum ergo solitariam fœminam explorauit, vt in ea primum omnem suę tentationis vim experiretur.

q

C A P. Secundum. Diabolus ad supplantandum hominem formam mutandam duxit, sed non eam quam voluit accepit.

Matth. 7.

Quia illi per violentiam nocere non poterat, ad fraudem se convertit, ut deo hominem supplantaret, quae virtute superare nequiret. Ne autem fraus illius nimis manifestaretur, in sua specie non venit, ne aperte cognosceretur, & ita repelleretur. Iterum ne nimis occulta foret fraus eius, quam praecavere homo non posset, in aliena quidem forma venire permissus est Diabolus, sed in tali, in qua eius malitia facile posset deprehendi. Ut ergo in propria forma non veniret, voluntate sua propria factum est. ut autem in forma suae malitiae congruenti veniret, divinitus factum est. Venit ergo ad hominem in serpente, qui forte, si permetteretur, in colubae specie venire maluisset. Sed non erat dignum, ut spiritus malignus illam formam homini odiosam faceret, in qua Spiritus sanctus appariturus erat. Unde Aug. super Gen. Non est putandum, quod Diabolus serpentem per quem tectaret elegerit: sed cum decipere cuperet, non potuit, nisi per quod animal posse permissus est. Noe enim voluntas inest cuique a se, sed potestas a Deo.

Gen 7A.

C A P. Tertium. Serpens non est factus rationalis astutiae.

lib. II. **S**ic autē loq̄batur Diabol⁹ p̄ serpētē igno-
 ca. 27. rātē, sicut p̄ energumēnos vel phanaticos
 ca. 29. loq̄tur. Serpētē enī velut organo vsus est,
 nec verba intelligebat serpsēs, nec ratiōalis fa-
 ct⁹ est. Callidissim⁹ tamē est dict⁹, p̄pter astu-
 tiā Diaboli. Locut⁹ est autē sicut asina Balaā:
 sed hoc Diabolicū, illud Angelicū fuit: Boni
 enim & mali Angeli similiter operātur. Porro
 mulier cū serpentē nouerit creatū esse, ipsum
 etiā officiū loquēdi à Deo accepisse putauit.

*C A P. Quartum. Astuti⁹ processit Dia-
 bolus, pri⁹s quarendo quā̄m persuadendo.*

Stans corā fœmina hostis superbus, non
 audet in verba p̄suasionis exire, metuēs
 deprehēdi: sed sub interrogatione eam
 aggreditur, vt ex respōsione colligeret qua-
 liter in malitia procedere posset. Cur (in-
 quit) p̄cepit vobis Deus vt nō comederetis
 de omni ligno paradisi? cui respōdit mulier:
 De fructu lignorū quæ sunt in paradiso ve-
 scimur: de fructu verò ligni, quod est in me-
 dio paradisi, p̄cepit nobis Deus ne come-
 deremus, ne fortē moriamur. In quo verbo
 dedit locū tētati, cū dixit, ne fortē moria-
 mur. Vnde mox diabol⁹ dixit ad eā, Nequaquā
 moriemini. Hic p̄gressus est humane perdi-
 tiōis. Primò De⁹ dixerat, Quacūq; die come-
 deritis, morte moriemini. Deinde mulier di-
 xit, ne fortē moriamur. Nouissimè serpens
 dixit, Nequaquā moriemini. De⁹ affirmavit,

Q ij

E P I T O M E

mulier quasi ambigēdo illud dixit, Diabolus negat. quę ergo dubitauit, ab affirmante recessit, & negati appropinquauit. Qui ad suā persuasionem pleniter suffulciendam, & malum quod mulier timuit, negando remouit, & promissionem addidit, in qua duo proposuit: Similitudinem scilicet Dei, & scientiam boni & mali.

C A P. Quintum. Tribus modis tentauit hominem Sathan.

fol 148. b. 1
2
3
Gula (quę est immoderata cibi auuiditas) tentauit in persuasione cibi, dum dixit, In quacunque die comederitis: Inani gloria (quę est amor proprię excellentię) in promissione deitatis, cum dixit, Eritis sicut dii. Auiditia (quę est immoderata habendi cupiditas) in promissione scientię, cum dixit, Scientes bonum & malum.

C A P. Sextum. Homo qui sola exteriori tentatione pulsatus cecidit, tanto grauius implectendus erat, quanto leuiori impulsu fuerat prostratus.

fol. 152. b. l. 17
Porrò sciendum est duas species tētionis: exteriorem. scilicet quando nobis extrinsecus malū visibiliter suggeritur verbo vel signo aliquo: & interiorem, quādo inuisibiliter malū nobis intrinsecus suggeritur, quę aliquando à Sathana, aliquando à carne fit.

Magnus ethicus.

Quæ autem à carne (cùm sit motus illicitus ex corruptione carnis subortus) non fit sine peccato. Quæ verò ab hoste, nisi cõsentiatur, peccatũ nõ est, sed materia virtutis exercẽde. Tentatio autẽ carnis interior difficilius vincitur, quia interiùs oppugnãas de nostro contra nos roboratur. Vnde colligitur, q̃ homo grauiùs plectendus est, qui sola exteriore tentatione pulsatus cecidit, &c.

C A P. Septimum. Deuit hominem lapsum reparari ac redimi, non autem Diabolum.

E T tamen quia aliquã, licet modicã, cãdendi occasionem habuit: idcirco per gratiã iuuari potuit ad veniam. vt qui per alium ceciderat, per aliũ erigeretur. Qui ergo incitatorem habuit ad malum, non iniustẽ reparatorem habuit ad bonum. Diabolus, quia sine alicuius tẽtatione peccauit, per aliũ vt surgeret iuuari non debuit, nec per se potuit: & ideo irremediabile eius peccatum extitit. Peccatũ verò hominis sicut per aliũ habuit initium, ita per aliũ non incõgruẽ habuit remedium. Præterẽa Angelica natura, quoniã nõ tota perierat, sed ex parte perstiterat, nõ est redẽpta: humana verò tota perierat. & ideo ne penitus perderetur, ex parte est redempta. vt inde ruina suppleretur Angelica, vt dicit Aug. in Enchiridio, &c.

Diaboli peccatum irremediabile duplici ratione.

*3.
f. 102. a. p. 5.*

Q iij

cap. 29

C A P. Octauum. *Præceptum de non edendo ligno scientiæ vtrique parenti factum est.*

Ipsa mulier testatur sibi etiã esse mādātū, dicēs: Præcepit nobis Deus &c. Cū autem supra legitur, ante productam mulierem Deū dixisse viro, De ligno sciētiae boni & mali ne comedas: id forte sic præcepit, vt per virū ad mulierem perueniret mādātum: quia mulier, quæ subiecta viro fuit, non nisi mediante viro diuinū debuit accipere præceptum. Vnde si quid discere mulieres voluerint, domi viros suos interrogent. Sed quæritur, Quomodo vir potuit mulieri loqui, & mulier loquentem virum intelligere, qui non didicerāt inter loquētes crescendo, vel magisterio? Dicimus, quia Deus eos tales fecerat, qui possent loqui, & discere ab aliis si essent.

Aug.
super
gen. 8.
cap. 16
gen. 2.

DE GENERE PECCATI

primi, quo homo tentatus
lapsus est.

D I S T I N C T. 22. C A P. Primum.

*Elatio fuit radix & origo transgrediendi
præceptum in vtroque parente.*

Quidam putant quandam elationem in animo hominis præcessisse, ex qua Diaboli suggestioni cōsensit. Quod videtur Aug. innuere, dicēs: Nō est putādū q̄ homo

in gen.
ad lit.
lib. 11.
cap. 30